Clementi Papae Octavo Sigismundus Poloniae Rex

Sanctissime ac Beatissime Pater etc. Ago Sti Vrae gratias, quod B.
Hyacinthum praeclarae Sanctitatis Virum in numerum Divorum relatum
esse Stas Vra voluerit: quo nomine magnam sane et singularem S. V.
gratiam Regno meo ac populis mihi subjectis praestitam cognovi, eam tamen
nunc cumulatius perspicio, quod et Sto Stanislao Tutelari Divo et Patrono
Regni mei eum peculiarem honorem decernere, ut festum illius solenni An:
niversario celebretur. Quae tam Stis Vrae praeclara cogitatio cum Ipsi im̄pri
mis Ecclesiae utilis, ac non solum Regno meo in tanta haeresum colluvie ad
confundendam hominum impietatem, sed et Orbi Christiano ad propugnan:
dam in recte credentium animis DEI Opt. Max. in Sanctos Ejus gloriam
maxime sit salutaris. Ac persvasum mihi est Stem Vram pro singulari
sua erga hunc Sanctissimum Virum devotionis affectu, eum in sublimio:
ri quodam honore, tanquam in theatro Orbis Christiani positum, omnibus
venerationi esse cupere. Idq et ego pro Regno meo votis et desideriis optans
majori quam possum studio a Ste Vra contendo, ut ad communem Chri:
sti Fidelium populorum Orbis Christiani salutem, et utilitatem huic Stmo
Viro eum honorem tribui, ut festum ipsius Anniversarium sub Aplici Of:
ficio per Universum Orbem Christianum celebretur, authoritate Aplica decer:
nat, et statuat. Quae res pia et salutaris longe quidem maxima pietatis
et devotionis incrementa cum magno spirituali profectu Christi Fidelibq
est allatura. Stis autem Vrae apud gentem hanc, Regnum Populosq mihi
subjectos maxima Ejus beneficii in omnem posteritatem extabit memo:
ria.